

AD LIBRVM ORLAN.  
DI LASSI ARTIS MUSICES PERITISSIMI.

**I**n lucem prodire Liber, uariasq; per oras  
Terrarum tuto solus abire uolens,  
Ut commenderis rogitas, id quaeso precari  
Desine, eget tali non tuus author ope.  
Respondes, metuo ronchos, & scommata uulgi,  
Siue lacer misera conditione premi,  
Quippe croci abiectus fieri, piperisq; cucullus,  
Aut scombris tunicas, res miseranda, dare.  
Ne id metue, Alberto Boiorum Principe, quo non  
Charior est Musis, uindice tutus eris.  
Præterea haud tantum doctis Germania gaudet  
Orlandi Lassi cantibus, atq; melis,  
Tota sed Italiae regio, atq; Brabantica tellus  
Illius uenæ flumina larga probant.  
Ingenij admiratur opes quoq; Gallia, Solis,  
Quid dicam? fama tangit utramq; domum.  
Quo libet ire potes, quo te trahit atq; uoluntas,  
Inuidiæ non est quod uereare minas,

aa 3     Anxius